



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs  
Perutilis**

**Gilbertus < Tornacensis >**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

Cap. VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

## CAP. VI.

De origi-  
ne Syno-  
di, eiusq;  
vtilitate  
& serie.

Num. II.

**P**ost benedictionum mysteriū conuertamus oculos mentis ad Synodum, cuius originem, utilitatem, & seriem describamus. Synodus igitur, ut testatur Isidorus, ex græco cœtus interpretatur: eò quòd in unum Sacerdotem & ad nutum Episcopi congregantur: ut eorum excessus fideliter corrigantur: & per eos salubriam onita populo tribuantur. Unde scribitur in libro 4. Congregam mihi 70. viros de senioribus Israël, quos tu nosti quòd senes populi sint ac magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis. Et sequitur: Tradamq; eis de spiritu tuo, ut sustentent tecū onus populi. Ubi & quatuor conditiones tanguntur, quæ in sacerdotibus requiruntur. Quod enim seniores dicit, ad ætatem refertur legitimam:

Quòd

## TRACTAT. 15

Quod senes populi: refertur ad vi-  
tam . Aetas enim senectutis ( ut  
in Sapientiae libro legitur ) vita <sup>Sap. 4.</sup>  
est immaculata : Quod magistri,  
pertinet ad scientiam. Quod duces  
populi , ad experientiam. Synoda-  
lis enim congregationis Paulus in  
Actibus Apostolorum formam  
docuit , cùm iturus Hierosolymam  
presbyteros congregauit : Videte ,  
inquit , gregem , in quo vos Spir- <sup>Aet. 20.</sup>  
tus sanctus ordinauit . Et ad Titum <sup>Tit. 1.</sup>  
sic ait : Huius gratia reliquie Cre-  
tae , ut ea quæ desunt , corrigas , &  
constituas Presbyteros , quemad-  
modum ego disposui tibi . Sed post-  
modum tribulationibus innalescen-  
tibus , non fuit per multa tempora  
licitum Episcopis in aperto congre-  
gare Clerum . Postmodum verò à  
temporibus Constantini liberè est  
concessum , ut facerent cōgregatio-  
nes suas Episcopi , & salubribus &  
necessa-

16 DE OFF. EPISC.

necessarijs ordinatis informarent populum. Tunc celebrata est sancta Synodus Nicena. Successerunt & aliae, de quibus originem sumunt Episcopalia concilia, quae etiam exinde sunt usq; ad sacerdotales Synodos propagata.

CAP. VII.

De utilitate Synodi, & in fine adiungiuntur p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup>e gant, & Episcopum docentem auricula saudiant. Audi correctionem: congrego<sup>r</sup> dothi, gauit in Actibus Apostolorum Paulus aliquantulam sarmendorū multitudinem, & deprehēdit viperam latenter, quam in figuram correctionis aliquando secundum severitatem exercendæ proiecit in ignem. Audi p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup> patris admonitionem, legitur in Genesi, Jacob dixisse filiis suis: Congregamini filij Jacob, & audiite Israël patrem vestrum. Audi-

ant